quemcunque et nobis dum quoties praesentibus aditu deputatos dare et
admittere post datamq[ue] in possessionem pacificam eorundem bonorum per se non
propedire imo ab omnibus impedimentis personarum quarumlibet propin
quorum et remotarum toto tempore tenutae publicis necesse fuerit tue
ri et evincere se cum suis successoribus de bonis omnibus submittendo sub va
dio suprascripto reddere in casu non admissionis intromissionis vel propeditae
possessionis adsolvendum irremissibiliter creditori praefato succumbendo pro
quo vadio taliter succubito statutus existens idem recognoscens cum suis
successoribus ad instantiam praefati creditoris vel eius successorum coram officio castrensi
Cracoviensi in primo castrensi termino tanquam peremptorio tenebitur sese
cum suis successoribus iustificaturum et satisfacturum sine ulla dilatione appellatione
pignoris vel intromissionis porrectione et alia quavis exceptione hac sua
personali recognitione ad praemissa mediante. Ex actis castrensibus Cambro
viensibus Rescriptum Correxit Krajewski

G. Sczawinska — Plenipotentes

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Cracoviensis personaliter comparens Gene
rosa Izabella Krobkowna relicta consors olim Generosi Pauli Ferdinan
di de Magna Sczawin Sczawinski Notarii Terrestris Zakroczimiensis sana men
te et corpore existens palam publice ac libere verbisq[ue] per expressis
recognovit Quia ipsa Generosos et Nobiles Joannem Acyno fra
trum Sobolewski Anzelmum Jablonski ad omnes in genere et
singulas in specie causas et actiones suas iudiciarias coram quovis
iudicio et officio Regni tam Terrestri quam Castrensi cum quibuslibet
personis ratione quarumcunque rerum iniuriarum et differentia
rum agitatas et agitandas habitas et habendas in suos veros et legi
timos Plenipotentes elegit inscripsit et ordinavit dans et concedens
eisdem Plenipotentibus suis sive alterutri eorum omnimodam potestatem
et absolutam facultatem causas suas generaliter omnes tuendi de
fendendi promovendi proponendi controvertendi decreta suscipi
endi a contrariis movendi iuramenta attentandi intromissiones
bonorum suorum in poenis adiudicatis offerendi suscipiendi ali
aq[ue] omnia munera veri Plenipotentis spectantia exercendi promittens
id totum quicquid per eosdem Plenipotentes suos in causis suis factum et con
stitutum fuerit pro rato et grato suscepturum patrocinio suo
id accedente.

Wlostowski — Emissio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Marianna
Jandlmenk ex actis palatinatus recognovit Quia Nobilem Joannem Wlo
stowski de causa et actione eadem ad iudicium Vicecapitaneale
Cracoviense ratione sua per vim deflorationis obprobitam suffi
cientem satisfactionem Quietat et liberum facit perpetuo.